BARTHOLOMAEUS DE MONTAGNANA

Salzburg, 1471 Seite 351r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8258
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



habeat. in vsu nisi raro. et
cum speciebus aromaticis ca-
lefacientibz et exiccantibus
condita et adhuc conuenien-
tior est ei assata quam elixa. Ca-
ro vero domestica porci re-
cens omnino dimittat. generat
enim mollitiem in neruis et
in cerebro et iuncturis. ¶ De
quadrupedibus siluestribus
possunt ei conuenire carnes
siluestris porci, tamen raro et
in pauco vsu, et meliores
erunt ei carnose partes in pin-
guedine minorate et proprie con-
dite cum aromatibus et plantis
calidis et siccis. ¶ Caro ca-
prioli est ei valde bonitate
sui nutrimenti leuis, a superflui-
tatibus expurgati. Ipse enim
inter siluestres carnes me-
liores existunt et sanguis
ex eis generatus paucas
habet superfluitates 3o. Al-
mansoris ca. ix. ¶ Caro vero
leporis iterum conueniens est
ei pauce humiditatis et multe
siccitatis que inuenitur in nu-
trimento eius, et licet ratione
remisse caliditatis non vi-
deretur aduersari frigiditati
superaucte. In vino autem si ar-
tificialiter preparetur cum pipe
croco zinzibere et similibus
erit valde conueniens, tunc
enim per ambas qualitates aduer-
sabitur generationi flegmatis.
¶ Carnes vero ceruorum, quorum
magna copia est apud Ro-
manos et in vsu habetur
ibi non est multum disconueniens
et proprie cum aromatibus condita.
¶ Caro cuniculi omnino rep-
banda est. Alie vero carnes
siluestres non sunt multum in

vsu, abscindantur ab hoc viro
propter grossitudinem viscositatis
et remissam caliditatem sang-
uinis geniti ex eis. In summa
enim omnium animalium carnes a me-
dio in specie sua multum elon-
gate per augmentum frigiditatis
et humiditatis, meliores
erunt ei salite et assate quam
elixe. Quia vero propter sacre
legis reuerentiam, non licet
semper comedere carnes, Di-
cendum primo generaliter. quod
omnium piscium vsus reprobran-
dus est, et proprie in quantitate
multa. Et melius est vti sa-
litis piscibus quam recentibus
et in oleo frixis uel assatis
quam in aqua elixis. Sint tamen
pisces minus conuenientes
eligendi, scilicet illi quorum 9o.
caliditate et siccitate vici-
nior est, et eorum substantia du-
ritiei, de quorum numero ele-
gantiores sunt carpones in
comitatu veronensi et
Brixiensi habundantes. 2o.
etiam sunt torrentine fluui-
ales uel in principio maris vi-
cine sicut in extremitatibus
athasis et padi. mare at-
tingentibus. Similiter etiam
et pisces, alij varioli .i.
sprenczling nominati, sunt
ei conuenientes. Etiam con-
ueniunt ei more dicto lucij
.i. hechten. in aquis non li-
mosis inuenti. Et aliquando
vocantur. Capedani. Sturi-
ones et temali boni sunt
ei. et orade. ¶ De mari-
timis piscibus sunt rumbi et
menele sardelle. et alij
omnes solidarum carnium in-
uenti et in mari nutriti

de piscibus

der etsch vnd des pfades